



**R. P. Lvcæ Pinelli Societatis Iesv, Theologi, Exercitia  
Spiritvalia Qvadraginta, De Sacrosancto Eucharistiæ  
Sacramento**

**Pinelli, Luca**

**Coloniae, 1608**

Ad Lectorem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59691](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-59691)

PRAEFATIO.

AD LECTOREM.

**R**osarium sive Psalterium beatissimæ Virginis (pie Lector) à multo iam tempore in Christi Ecclesia ab hominibus pietate ac sanctitate præcipuis, non sine insigni emolumento frequentatum, & usurpatum, ac deinceps à summis Pontificibus confirmatum, plurimisque indulgentijs locupletatum fuit. Quam verò id gratum sit Deo, multis miraculis & gratiarum charismatibus infinitis, quibus per preces B. Virginis Mariæ, eos, qui pia cum animi deuotione Rosarium frequentarunt ornavit, testatum fecit.

Fieri enim non potest, ut pium hoc exercitium diuinæ Maiestati non sit gratissimum: quia cum in eo mysteria quædam vitæ & Passionis Christi Redemptoris nostri pia & attenta meditatione expendantur, laudatur & glorificatur primum diuina Maiestas, & pariter sanctissima Redemptoris nostri Mater honoratur. Quocirca Ludouicus Blois-

P R A E F A T I O . 5

Blosius vir non minori pietate quam  
doctrina clarus refert, Treuiri reuelat-  
um fuisse Patri cuidam Cartusiano in-  
ternæ vitæ studiosissimo, quotiescunq;  
quis Rosarium piè recitaret, toties eum  
nouam gratiam, meritorumque cumu-  
los apud Deum sibi conquirere: Addit  
etiam eum toties plenam peccatorum  
suorum remissionem consequi. Verum  
hoc intelligi debet per Sacramentum  
poenitentiaꝝ. Dubium non est, quin Ro-  
sarium, quia Christo Saluatori, Beatae  
que virginis acceptissimum est, efficacis-  
simum etiam ad impetranda à D eo  
pretiosissima quæque dona censendum  
sit: Ut itaque omnes qui pio in B. Virgi-  
nem affectu sunt, maiori cum animarū  
suarum fructu in sancti huius Rosarij  
recitatione se exercere possint, præ-  
sentem libellum concinnauimus,  
quo puncta ad meditandum,  
& Documenta, oratio-  
nesque vocales  
tradimus